Quelle: http://manuscripta.at/?ID=35073
Copyright: Brixen/Bressanone, Priesterseminar

habetur decoctio calefacies vas
et materiam claudas et ibi decoqui debet.
Nam tunc vitrum suscipit albe-
dinem cum quo ibidem coquitur
tam diu donec albedine trans-
mutata ruborem assumere videatur.
Cavendum est autem quod iste
ignis non sit intensior quam
ad suum gradum spectat. Nam
in albo colore corpus et spiritus sunt
coniuncti. Et si daret decoctio
ultra debitum sui gradus sepe-
rentur unita. Quare in turba
dicitur coquite et cavete ne in
fumum vertatur et pereat.
Citrinatio autem quando de albo
colore in rubeum transmutatur. Ci-
trinus enim color est medius inter
album et rubeum. Oportet ergo
eum procedendi in rubedine veram.
Et de hac practica locuti sunt philosophi
dicentes: corpus et anima non uni-
untur nisi in albo colore. Prima
tunc omnes colores qui in mundo
excogitari possunt apparent et finantur
et tunc in unum colorem scilicet
albedinis conveniunt. De albacione
enim est totius operis fundamen-
tum. Nec deinde variatur in di-
versos colores videlicet veros preter
quam in rubeum in quo est finis
ultimus. Citrinatio enim que fit
inter album et rubeum non dicitur
color sed perfecte apparet aut pher
omnia que prediximus que etiam vera

michi facta experiencia demonstravit etc.

Sequitur decoctio tertii
gradus usque ad calcinacionem

Ac dum rubescere incipit
ponatur ad coquendum
in alio furno fortiorem
prebentem ignis gradum do-
nec intus et extra vera rubedine
perfruatur. Est dicendum et probatur
super dicta de quibus in turba di-
citur. Post albedinem autem
non potest errare. Nam ignis
regimine augmentare potest albe-
dinem atque rubedinem ad ci-
nericium pervenit. Item videtis
autem illam albedinem super emi-
nentem esto paratus quod rubor
in albedine illa occultus est. Et
tunc non oportet idem extrahere
verum coque quousque totum
rubeum fiat. Et si vobis
dubium relinquatur quare albe-
do a nigredine ventre extrahitur
Rubedo autem non extrahitur
ab albedine sed fit rubeum de-
coquendo declaro vobis hoc. Item
durante nigredine materia erat
humida in natura que humiditas
se ostendit apparente albedine
desiccatur et nunquam etiam
apparet albedo donec humidita-
tes corrumpentes sint omnino
consumpte. Hiis ergo duabus
de causis dici potest quod albedo

86v